n̄, specificantur ab agentibus.

3°: magis distinguuntur actio ignis A et actio ignis B, quæ duæ actiones eiusdem ignis A: sed duæ actiones ignis A, solo numero distinguuntur: ergo actiones ignis A et B specifice distinguuntur. Probatur: actiones specificantur à sua differentia essentiali, et individuantur à sua individuali differentia: ergo.

Ad 1um huius paragraphi, distinguo consequens: n̄, specificantur intrinsece, concedo: extrinsece, nego: in hoc casu actiones erant specie distinctæ, propter diversum respiciendi terminum; eductiva enim respiceret illum ut à subiecto dependentem; creativa vero ut independentem ab illo; et ab hoc modo respiciendi diverso actiones specificantur in esse. Ad 2um, nego maiorem, cum enim actio, sit essentialiter determinatio et exercitium agentis à quo oritur debet respicere illud ut tale; aliter enim actio huius agentis, posset à quocumque alio provenire.

Ad 3um distinguo maiorem: magis, intra lineam distinctionis numericæ, concedo; extra illam, nego, unde distinguo minorem, nego consequens: illa maior distinctio, cum sumatur ex differentiis pure numericis, n̄, est notabilis, sic quæ, n̄, extrahitur à numerica.

Ad 4um distinguo antecedens: specificantur extrinsece, intrinsece, concedo: extrinsece, nego et consequens.

Sectio Vᵃ aliæ de actione difficultates resolbuntur.

Dico 1°, de facto actio eductiva, n̄, distinguitur ab agente, passo, et termino. Ita communiter contra Nominales. Probatur: quæ n̄, separantur, n̄, distinguuntur; sed agens, passum et terminus, n̄, separantur ab actione eductiva: ergo. Explicatur minor: agens separatur ab actuali exercitio operandi, sic ignis actualiter n̄, producit calorem in hoc ligno, similiter hoc lignum, modo, n̄, recipit in se calorem: unde passum separatur ab actuali exercitio recipiendi.

Terminus item, potest separari ab actione, qua hic et nunc producitur ab igne A. Nam potest esse, conservari à solo Deo, per aliam actionem. Præterea, possunt simul existere ignis A et B, quin B, producatur ab A: ergo actio producens, distinguitur à complexo agentis et termini. Obiectio: quod actio distinguitur ab agente, passo, et termino, tanquam modus à re: est enim, exercitium actuale quo agens, producit terminum taliter ut ab illis

Maria.

sit essentialiter inseparabile.

Dico 2°: nec de possibili, potest actio eductiva identificari, cum agente et passo bene vero cum termino. Probatur 1ᵃ pars: eductio ex conceptu suo, physice expeditur ab agente et recipitur in passo; sed implicat, quod à se ipso physice expediatur, et in se ipso recipiatur quod utrumque eveniret si, actio eductiva, identificaretur cum agente et passo: ergo. Probatur 2ᵃ pars: n̄, ostenditur repugnantia ignis v.g. qui se ipso, sit addita determinatio ut in actu 2° proveniret à sua causa, et reciperetur in passo; sed hic ignis, esset terminus indistinctus ab actione eductiva sui: ergo.

Roboratur: licet actio identificata cum termino, n̄, esset accidens, nec modus termini, nec relatio transcendentalis ad ipsum; esset tamen addita determinatio, ut à virtute agentis, oriretur effectus; sed de essentia actionis, solum, hoc unum; n̄, autem, esse accidens, modus termini, aut relationis transcendentalis ad ipsum: ergo haberet totam essentiam actionis: ergo, n̄, repugnat.

Dico 3°: nequit naturaliter dari actio actionis, potest tamen divinitus, et dicere, quod solum supernaturaliter potest una actio per aliam produci. 1ᵃ pars probatur, quia cum quælibet actio, sit determinatio sui ut ab agente proveniat, et existat, superfluit alia determinatio.

Probatur 2ᵃ: n̄, minus unio integralis, per se ipsam unitur cum partibus quarum est modus, quam per se ipsam provenit ab agente cuius est modus; sed unio integralis, per aliam uniones, unitur materiæ, cuius n̄, est modus: ergo similiter, licet actio agentis A, per se ipsam procedat ab agente A, cuius est modus, poterit actionem agentis B produci ab agente B, cuius n̄, est modus.

Idem argumentum fit in subsistentia quæ licet, per se ipsam essentialiter uniatur propriæ naturæ cuius est modus, potest iuxta probabiliorem sententiam, uniri per unionem superadditam alteri naturæ, cuius n̄, sit modus: hinc nota, quod actio producta per aliam actionem, solum esset actio naturaliter, n̄, formaliter ut talis; solum enim producere tur ab alia, ut est formaliter terminus.

Subsectio Unica, argumenta enerbantur.

Arg. 3º 13 dubios 1º: ignis debite aplicatus stupae l. p. eg nequit n. comburere: pô n. eget actione superaddita. 2º: sicut terminus e indifferens ut proveniat ab hac, l. illa causa, ita actio, ut procedat ab hoc, vel illo agente; sed actio n. indiget determinativo à se distincto: pô nec terminus. 3º: semel positis hoc agente, hoc passo, et hoc termino, pro ut ab hoc agente, dependenti, ablata quacumque actione superaddita, hic terminus producitur in hoc passo, ab hoc agente: pô.

Ad 1um distinguo antecedens: nequit n. comburere media actione superaddita concedo, absque illa nego: vel aliter; nequit naturaliter comburere concedo, supernaturaliter nego, q. licet sit debite aplicatus ignis, potest suspendi concursus et hoc sufficienter dignoscitur, existente igne, n. esse actionem. Ad 2um nego maiorem; actio esse, n. est physice indifferens, sed determinata ut procedat ab hoc potius, quam ab illo agente.

Ad 3um, implicat in terminis argumentum; hoc esse quod est poni terminus, ut dependens ab hoc agente, involvit eius actionem superadditam, media qua dependet ab illo, et sic implicatorium est, auferre tunc quamlibet actionem superadditam; sicut si ego dicerem, positis oculis apertis, et proposito obiecto, seclusa qualibet visione superaddita, obiectum video, terminus esse, supponitur per ipsum casum visionem superadditam: videtur esse, oculis apertis, solum.

Arg. 2º: nequit esse imperfectius effectus, id quo agens tribuit esse effectui: sed actio ab effectu distincta, cum esset accidens modale, esset imperfectior effectu: pô. 2º: quilibet effectus, ut potest creari, est essentialiter determinatus ut à Deo proveniat: pô saltem, ut producatur à Deo, n. eget actione determinativa distincta. 3º: terminus per se ipsum est suum esse: pô per se ipsum est suum fieri. 4º: actio est terminus in fieri; sed terminus in fieri, n. distinguitur à se ipso: pô.

Ad 1um nego maiorem: id esse, quo agens dat esse effectui, n. est virtus inexistens causae dantis esse sub effectui, sed solum causalitas illius. Ad 2um distinguo antecedens: est essentialiter determinatus quo ad substantiam concedo; quo ad modum, nego et consequentiam: nam adhuc e indifferens ut proveniat à solo Deo l. à Deo simul et creatura: item ut proveniat à Deo, l. per creationem

vel per eductionem. Ad 3um distinguo antecedens: est constitutive suum esse concedo; est efficienter nego, et distinguo consequens: est suum fieri actus nego; passivus concedo. Ad 4um nego maiorem: actio esse, n. est nisi fieri, terminus, hoc est, causalitas qua fit terminus. = Insta. 1º, ex Arist., hic, text. 4 aiente: motus nihil aliud esse praeter res ipsas. 2º, ex D. Thoma, causalitas agentis, n. est actio de formamento actionis, nec potest significari hoc nomine actio in abstracto, sed in concreto largae. 3º, ex eodem, terminus qui fit per creationem, n. fit per motum; sed actio est motus: pô. 4º: Angelus in sua productione, est per se independens à subiecto creato: pô ut dist independens, n. eget actione distincta. – Ad 1um distinguo: motus ut quod concedo; motus ut quo nego: sane Arist., solum vult, quod n. datur motus praeter res, hoc sine rebus, ut bene ex graeca radice vertunt DD. Conimbricenses. Ad 2um dicetur cum eximio Nostro, illud ita dixisse D. Thom., q. tunc, n. dum erat in usu, hoc nomen actio. Praeterea si verba sti Di sumenda essent stricte, neque daretur formamentum actionis, quod tamen dari supponit ipse S. Th. Ad 3um distinguo maiorem: n. fit per motum, qui sit mutatio concedo; qui sit efficientia nego, et distinguo minorem: actio educiva est motus concedo; actio creativa subdistinguo, est motus late concedo; stricte nego. Ad 4um distinguo antecedens: ut prius e independens à subiecto concedo; ut independens à suo agente nego; eget esse determinativo, ut in sua productione sit independens potius ab hoc, quam ab alio.

Arg. 3º 3 dubios 1º actio supernaturaliter causata per aliam esset immediate agentis determinatio, et n. esset, cum procederet mediante alia actione; si ipsa esset adaequata dependentia et n. esset; si ipsa actuaret, ut potest actio, et se ipsa n. actuaret: sed hoc est esse actionem et n. esse actionem, quod repugnat: pô. 2º: actio causata ab alia, n. esset actus activi, ut activi: pô n. haberet conceptum actionis.

Ad 1m dist.o: esset immediata determinatio agentis cuius est modus, et non esset immediata determinatio agentis, cuius non est modus, conc.o: aliter dist.untur sequentes propositiones. Item ad 2m non esset actus activus, ut activi, respectu agentis cuius est modus nego; respectu agentis cuius est purus terminus conc.o: stet ergo, quod de conceptu actionis, solus est esse ultima determinatio sui, dependentis 2da, respectu illius agentis, cuius est modus, non vero respectu illius, respectu cuius solus se habet ut purus terminus.

Actio autem agentis A, quae produceretur per actionem agentis B, solus esset modus agentis A, non agentis B: unde observa, quod de ratione actionis, est esse actuale exercitium, non cuiuscumque agentis, a quo procedat, sed illius solius, cuius est modus, sicut de ratione unionis solum est, esse actuale exercitium illius rei cuius est modus. Item, quod haec argumenta, retorquentur in exemplo, tam unionis, tam subsistentiae potius in actione.

Replicabis 1o: actio agentis A, si existeret ab ipso: ergo superflueret actio agentis B. 2o: actio agentis B, non posset conservare actionem agentis A: ergo actio agentis B, non esset totalis. Ad 1m distinguo antecedens: si existeret ab ipso, ut modus ipsius conc.o; ut purus terminus nego: unde non superflueret actio agentis B: ab eo esse existeret actio agentis A ut purus terminus. Ad 2m distinguo antecedens: non posset conservare defectu virtutis nego; eo quod actio agentis esset ipsius modus conc.o, et nego consequentiam.

DISPUTATIO IIa. DE CREATIONE.

Sectio Ia, aliqua de actione creativa et eius termino expenduntur.

Dictum est iam in superioribus quid sit creatio, quae de facto dari, dubitatur a nemine. Ut ergo, aliqua quae restantur in dubium statuamus, suppono 1o: creationem specificari ex termino ab agente et termino: ratio est eadem (proportione servata) quae militat

pro eductione. 2o, quod creatio terminus naturaliter eductibilis, etc, adeoque distinguatur ab eo, est notum, nam quantitas Eucharistica naturaliter eductibilis, ante consecrationem erat educta, et non creata: ergo separatur a creatione miraculosa per quam, post consecrationem conservatur, quod est signum evidens distinctionis realis.

Dico 1o: creatio termini natura sua creabilis de facto distinguitur, etc, ab agente ~~[illegible]~~ et termino. Probatur quia talis terminus est indifferens ut producatur, vel a solo Deo, vel a Deo simul et creatura instrumentaliter concurrente: ergo necessaria est aliqua actio distincta, tam ab agente, quam a termino, ut sublata est haec indifferentia. Hinc fit, quod creatio Angeli v.g. distinguitur, etc, a decreto Dei, seu volitione Dei creandi illum.

Quod ulterius probatur, simulque confirmatur: creatio Angeli est essentialiter successiva, ut esse postea [illegible] Angelus durat, per suam productionem, et omnis duratio [illegible] rei permanentis, ut Angelus, est successiva; sed neque Dei volitio est essentialiter successiva quin potius essentialiter determinata ut semel existat, semper existit, ut ex Theologia supponitur, nec esse est res successiva ipse terminus creabilis: ergo.

Dico 2o: omnino impossibile est, quod terminus natura sua eductibilis identificetur, etc, cum creatione, quia supernaturaliter potest creari. Probatur quia ille terminus v.g. forma ligni ut potest producibilis, per actionem dependentem a subiecto, exigeret a subiecto dependere, et ut potest actio essentialiter a subiecto independens, exigeret non dependere a subiecto; unde haberet res ipsa, identificatas oppositas exigentias, quod omnino repugnat. Dico 3o: non repugnat, terminus natura sua creabilis, identificatus cum sua creatione. Ita communissima sententia et probatur: quia non ostenditur repugnantia in eo quod detur aliqua entitas, quae essentialiter sit determinatio sui ut producatur independenter a subiecto. — Sed opponitur: illa entitas ut potest sui duratio, esset successiva, et ut potest terminus creabilis, esset permanens: respondetur, quod in illo casu, vel esset se ipsa affixa tantum tempori extrinseco, et non deberet durare per durationes successivas vel non esset ita affixa, duraret per modos comitantes distinctos a creatione, ut dicetur disputatione de tempore.